Qm ea que a Regib; ⁊ aliis principib; instituuntur scripto firmant ne temporis diuturnitate obliuioni tradantur. Idcirco ego ALDEFONSUS di gra Rex castelle ⁊ toleti. una cu uxore mea alienor Regina qr uos promptissimos ⁊ fideles in seruicijs meis inueni facio cartam libertatis absolutionis ⁊ stabilitatis uob toti toletano concilio presenti ⁊ futuro imperpetuum ualituram. Dono ita omib; toleti ⁊ toci termini sui militib; presentib; ac futuris qd de omib; hereditatib; quas habent in toleto aut in aliq parte termini sui ut decetero habuerint nullam decimam nec forum aliqd Regi nec dno terre nec alicui alij umq persoluant. Et quicumq; de manib; eorz hereditates ipsorz coluerint de fructib; inde perceptis nullam decimam tribuant. Sed predicti milites cum omnibus hereditatib; suis liberi ⁊ inmunes ab omi regali alioq; grauamine ⁊ exactione p secula cuncta permaneant. Siquis uero huius mee institutionis paginam in aliquo infringere ul diminuere presumpserit. iram di omnipotentis plenarie incurrat. ⁊ cum iuda dni proditore supplicijs infernalib; mancipetur. ⁊ insup Regie parti. decem milia aureorz in cauto persoluat. ⁊ dampnu qd toletanis militib; ul alicui eorz intulerit. duplatu restituat. Facta carta apud toletum. ERA. M. CC. XX. pridie KL octob. Anno sexto exquo serenissimus Rex prefatus ALDEFONSUS concham fidei xpiane uiriliter subiugauit. Anno secdo exquo infantaticu a Rege ferrando patruo suo acquisiuit. Et ego Rex ALDEFONSUS regnans in castella ⁊ toleto. hanc cartam quam fieri mandaui. manu propria roboro ⁊ confirmo. Gundisaluus toletane ecclie electus confirmat.

Raimundus palentinus eps. conf.
Marinus burgensis eps. conf.
Sancius abulensis eps. conf.
Ardericus segontinus eps. conf.
Gundisaluus secobiensis eps. conf.
Michael exomensis eps. conf.
Comes Petrus. conf.
Comes Ferrandus. conf.
Comes Gunzaluus. conf.

Petrus roderici de azagra. conf.
Didacus xemenitz. conf.
Petrus ferrandiz. conf.
Petrus garsie. conf.
Aluarus roderici de massella. conf.
Ordonius garsie. conf.
Petrus roderici de guzman. conf.
Lupus de mena. conf.
Lop diaz merinus regis in castella. conf.

Magister Geraldus Regis notarius scripsit.